



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

32. De conversione Conjugatorum, id est, de transeuntibus ad religionem  
post matrimonium contractum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XXXII.

De Conversione Conjugatorum.

*Id est, de transeuntibus ad Religionem post matrimonium contractum.*

**Q. 1.** *An & quomodo liceat ante consummationem matrimonii sponsis de presenti ingredi Religionem?* *Resp. 1.* A jure concessum est sponsis de presenti bimestre, intra quod matrimonium consummare non tenentur, sed pars una altera etiam invitâ Religionem poterit inire. *AA. ex c. 7. h. r.* potest hoc tempus à judice vel restringi vel prorogari. *Pirh. h. n. 52.* **2.** Si bimestri transacto matrimonium nondum sit consummatum, licet adhuc transire ad Religionem, quantumcunque tempus fuerit elapsum. *Schmalzgr. h. n. 8. ex cit. c.* **3.** Si sponsa de Religione cogitans intra bimestre per vim aut metum fuerit cognita, probabilius adhuc poterit per se loquendo Religionem ingredi. Ratio quia sponsus ex delicto non debet sentire commodum, nec sponsa per injuriam sibi illatam jure suo privari.

**Q. 2.** *An & quomodo liceat conjugibus matrimonio consummato ingredi Religionem?* *Resp. 1.* Per se patet, licere, si uterque mutuo consensu ingrediatur. **2.** Unus etiam conjugum Religionem poterit ingredi, si alter consentiat, & si sit juvenis, & ipse ingrediatur, vel, si senex & de incontinentiâ non suspectus, votum saltem continentiae  
in

in sæculo emittat. *c. 1. 4. 9. 13. 18. h. t.* invel per  
 erit Professio, si consensus sit extortus metu nec  
 vi. *c. 17. h. t.* vel dolo. *arg. c. 16. h. t.* vel futi  
 tum præsumptus ex merâ conjugis alterius  
 turnitate. *Pirh. h. n. 26.* tenebiturque talis  
 fessus, si revocetur à manente in sæculo, red  
 & reddere debitum, non tamen poterit pec  
*c. 3. & 12. h. t.* Valida quidem erit Professio  
 si conjux altero consentiente, sed illo non  
 quente, aut non emittente pro ratione peccati  
 votum castitatis fuerit in Religionem ingredi  
 interim tamen illicita erit Professio. *c. 9. h. t.*  
 3. Si alter conjugum committat adulterium,  
 nocens poterit ingredi Religionem. *c. 21. h. t.*  
 27. q. 2. *c. 15. cum duob. seq. h. t.* 4. Si alie  
 cidat in hæresin vel apostasiam. *c. 21. h. t. & c. 12.*  
*de divort.* 5. Quæ hic de ingredientibus in  
 ligionem dicta sunt, eadem ferè tenent in  
 piente S. Ordines.

*Q. 3. An matrimonium dissolvatur per ingre  
 sum in Religionem? Resp. I.* Non quidem per  
 solum ingressum in Novitiatum, nec per vota  
 plicia, licet Religiosum constituent, sed per  
 lam Professionem solennem in Religione appro  
 batâ dirimitur matrimonium etiam quoad  
 lum, si tantum fuerit ratum. *c. 2. 7. 14. h. t.*  
*Trid. Sess. 24. can. 6. de Sacr. matrim.* 2. Pro  
 vilegium hoc dirimendi matrimonium ratum  
 habent Ordines Sacri suscepti. *cit. text. & Extr.*  
*Antiqua. Joan. XII. de vot.* 3. Juxta *Pirh. h. n.*  
*n. 45.* probabilius matrimonium ratum solvitur  
 per

per Professionem jure solum Ecclesiastico, quia nec jure naturali, nec immediatè jure divino positivo solvi probatur.

## TITULUS XXXIII.

### De Conversione infidelium.

Q. Un. *Quid de conversis ad fidem h. t. statuatur?*

Resp. 1. Si conjux infidelis strictè talis, scilicet non baptizatus baptismum suscipiat & ita ad fidem convertatur, altero in infidelitate remanente, potest factus fidelis infideli parte dimissâ, licet matrimonium inter illos fuerit consummatum nubere alteri fideli. *c. 7. de divort.* non tamen per ipsum statim baptismum, sed dum actu ad secundas nuptias transitur, prius matrimonium dissolvitur. *c. 8. de divort.* & si talis infidelis plures habuerit uxores, cæteris dimissis primam solum, si & ipsa convertatur, retinere debet. *arg. tit. c. 8.* modò non fuerit matrimonium inter ipsos de jure naturæ nullum. Item, si conjugum unus convertitur ad fidem, sive is pater, sive mater sit, altero nolente converti, proles communis assignanda est converso, si doli nondum est capax. *c. fin. h. t.*

Resp. 2. Statuitur impedimentum dirimens, ut, si infidelis & fidelis in mortem conjugis sunt machinati, ut conjuge hoc sublato inter se contrahant matrimonium, hoc sit nullum, licet infidelis convertatur ad fidem. *c. 1. h. t.*

TITU.